

ver, und schreibet im P. S. gratissimum mihi fuit consilium tuum, Dne Cregeli, de vocatione mea in Ecclesiam Mindensem. Facile in ea conquiesco, nec temere locum mutabo. Scripsi ergo Dno. Doct. Bullio, Reip. Mindens. Syndico, ut de alio Pastore sibi prospiciant. Et pro oblata dignitate gratias egi. Filii tui Henrici habebitur ratio, si ulla ejus juvandi & promovendi occasio dabitur. Den andern Brief will völlig hieher setzen, welcher folgender Gestalt eingerichtet:

Salutem a Jesu Christo omnis salutis fonte perpetuam! Venerande & Clarissime Cregeli Dne Amice & in Christo frater colende.

Hermannus Hornemannus Cellensis, cujus numeros Symphonicos mihi transmittis, dignus est meliori, quam infimi Collegæ in nostra Schola, conditione. Laudo autem ipsius modestiam, quod teneris puerulis operam suam non erat denegaturus, si noster infimus ab officio se abdicasset. Non dubium est, quin Deus O. M. aliquando ipsum ad functionem splendidiorum sit evecturus; multam enim piis & humilibus gratiam confert. Si alias de tua commendatione huic Hermannom
meum